



Marcelli.

Ex omnibus his formis mihi placet ultima. Libera tamē iudicia sint. Vnum ego ex tanta imaginum diuersitate cōficiam, uel nullam, uel tenuissimam rationem uaticinandi à forma, quādo summi Astrologi tā inter se discordant in re quæ oculis obuia est, & in Cometa pingendo tam insigni, tam lucido.

Obseruatio Ad hoc accedit, neminē ferè ex mille mortalibus esse, qui *non firma.* totum cometę cursum obseruare possit. Nam, cum sub **Cap. IX.** horizōte is latet, nullus potest, quamuis uelit, aduertere.

Somnus Deinde in hoc nostro cœlo, si horam unam aut alterā seruent, animus & oculi defatigantur, ad negotia sua redeunt, cubitum uadunt. Interea cœlum labitur, nobisq; somno sopitis, & colludentibus eum defunctis, quid in Cometa alijsq; uisis, cum cœli tum aeris non potest fieri admirandi; lam cū initio cōparet phasma, uideas mag nā inter homines uarietatē. De prima die cōtendunt multi, ex his etiā qui hoc anno scripserunt. Neq; horarū dissidiū est, sed quatuor, sex ac decē dierū. Idq; nō culpa fit Astrologorū, sed humanæ tantū fragilitatis. Etenim est nemo qui meteoris, cœlo, ac stellis cōtēplādis, dies totos ac noctes possit consumere. Possent rē tantā p uiros doctos et sobrios curare heroes, O' quātam uarietatē in natura co-
gno-

*Error die-
rum in Co-
meta*